



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Aegydivs Amicvs Gandavi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

moniana dum antiqua istic inspiceret Missalia, ut in natalibus ad hunc diem fatetur. Quibus etiam lectis non dubitauit quin B. Bauonis Ecclesia olim sanctæ Adiliae memoriam in diuino officio celebrauerit. Cæterum quo loco quiescat, & quæ eius fuerit vita nusquam reperire potuit. Nisi sit eadem cum Adilia Orpiensi in Namurensi Diœcesi, quod ad diem trigesimum Iunij idem auctor non omnino improbare videtur. Est in Alsatia in Apice montis celeberrimum Hohenburgense Monasterium sanctæ Odiliae sacrum.

### ÆGYDIUS AMICVS GANDAVI.

**M**onachus fuit Bodelonensis Ordinis Cisterciensis, ab Harduyno sanctitatis nomine commendatur, in msc. Diuorum Flandriæ indiculo.

### ANSBERTVS ROTOMAGENSIS

*in Normannia Episcopus in Blandino.*

**S**uccesit S. Audoeno in Episcopatu Rotomagensi, & à 9. Febr. Pipino Principe in exilium pulsus, demum in Alto Monte Benedictinorum Abbatia ad Sabim fluuium apud Hannones sita anno 95. viuere desit. Post mortem, ut iusserat relatus est Fontanellam, quod est monasterium dioecesis Rotomagensis ad Sequanam fluuium, cuius loci Abbas fuerat ante Episcopatum. Vnde postea cum corporibus sanctorum Wandregisili & Vulframni ob persecutio[n]em Normannicam, primò Boloniam ad mare, deinde Ganduum ad montem Blandiniū anno 944. est deuenit. Vitam eius scripsit Angradus Monachus Fontanella.

D 2

nellen.

